ait. Quare me aqua totaliter perfudisti?
Qui ait. Ego te non ꝑfudi. sed credo ꝙ
illa perfusio erit tibi cā salutis. Ille igiť
surgens se sanatum totaliter inueniens.
baculos super humerum posuit ⁊ ad tu-
mulum sancte elizabeth rediens. et gr̃as
agens letꝰ ad ꝓpria remeauit.

## Passio et memo

ria decem milium martirum ve-
neratur ⁊ colitur decimo kalen̄. iulias:
qui omnes vna die pro xp̄i nomine passi
sūt. sub adriano imperatore ⁊ alij sex re-
ges qui illuc venerant in adiutoriū. Hi
sācti martires cū ab imperatore ad sacri
ficanduz idolis compellerētur dixerunt
Sacrificium viuum ⁊ immaculatuz of-
ferimꝰ nosmetipsos domino nostro ihe-
su xp̄o: qui pro humano genere nasci di-
gnatus est. et descendere de celis. multis
malis affligi. ⁊ ad vltimū voluit etiā ꝓ
nobis crucifigi. quem tu miser ignoras.
Tunc iratus impator iussit eos diu tor-
queri. ⁊ ad vltimū crucifigi. Et oīa tor-
menta q̄ passus est dn̄s noster ihesus xp̄s
forti animo ⁊ fide firmissima ꝓ domino
sustinuerūt. Inter quos passus est her-
molaꝰ archiep̄s qui eos baptizauerat. Lo
cus igitur vbi passi sunt beati martires
mons est magnus. ⁊ vocatur ararat. ⁊ di-
stat ab alexandria ciuitate quingentꝭ q̄-
si stadijs. A quibus autē passi sūt fuerūt
exercitus regum: qui illi venerant in ad-
iutorium. xxx. milia. hora vero sexta illiꝰ
diei: terremotus factus est magnus. petre
scisse sūt. sol obscuratus ē. ⁊ omnia signa
que in passione domini visa fuerūt. etiaz
ibi visa sunt. Tunc sancti martires fun-
dentes orationem ad dominum dixerūt
Dn̄e deus memento nostri in hoc pati-
bulo crucis. ⁊ suscipe petitionem nostrā
⁊ ea que a te exposcimus. nobis cōcedere
digneris vt quicumqꝫ memoriam nostre
passionis corde ⁊ ore cuz ieiunio ⁊ deuo-
tione celebrauerint mereantur a te asseq̄
fructuosam mercedem. tribuendo eis sa-
nitatem corporum. medicamē anime ⁊ ī
domibus eorum intus ⁊ foris bonorum
omnium vbertatem cōcede ⁊ si in prelio
fuerint: non eis nocere preualeant inimi-
ci visibiles et inuisibiles. te ꝓ eis pugnā
te: sed sicut placet tibi armis tuis eos ꝓ-
tege. Diesqꝫ vnus nostre passionis. vnuz
penitentiarū annum concludat. obseruā
tibus se deuoto corde. Et hoc dn̄ator do
mine a te poscimꝰ: dissipa omnē occupa-
tōnē: ⁊ omnē imundū sp̄m omnēqꝫ infir
mitatem eoꝝ expelle. quia gloriosū ⁊ lau
dabile est nomē tuum ꝑ omnia secula se-
culorum. Et rn̄dentibus omnibꝰ amen
facta est vox de celo dicens q̄ petistis di-
lectissimi mei scitote vos ip̄etrasse. Gau-
dete quoqꝫ ⁊ letamini. q2 orōnes vr̄e co-
ram xp̄o ⁊ immortali rege veraciter sunt
exaudite. Et his dictis in ꝯfessiōe emise-
runt spiritū veraciter percepturi premia
regni celorū Amen.

## Beatus Jodocus

fuit iudaheli regis britonū filiꝰ.
Habuitqꝫ fratrē maiorē natu. beatuz vi-
delicet iudahelum. qui successit patri in
regno. Isti duo fratres imo duo gēme ce
lestes ꝯtempanee fuerunt regis francorū
dagoberti: cum quo post graues inimici-
cias adinuicez pacificatus est ip̄e rex bri-
tonū iudahelus. ⁊ magnis ab ip̄o mune
ribus honoratꝰ. Regressus itaqꝫ in bri-
toniam: cogitauit regnū terrenū ꝓ cele-
sti regno relinq̄re ⁊ vitā monachicā duce
re: fratrem suum iodocū iuniorē se ꝯue-
niri fecit de suscipiendo regni guberna-
culo vt suū posset adimplere ꝓpositū. ⁊
frui cohabitatōne monachorū. Beatus
autē iodocus nō minus feruens ī dei di-
lectatōne: deliberādi inducias octo dieꝝ
vix a fratre impetrauit: interi die noctu
qꝫ anxius cogitare cepit: quomō possz ef-
fugere regnum. simul et patriam: et fr̄is
sui circa se studium declinare. Ipso igiť
in monasterio quodam (vbi lr̄as didice
rat) ꝯmorante: ⁊ orationi frequentius

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-286/0502
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG